

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die  
Lavanter Diözese.

**Inhalt:** I. Bekanntmachung der neuen Vorschrift betreffend die Gebete für Se. k. k. apostolische Majestät den Kaiser. — II. Mittheilung des apostolischen Schreibens Pii IX. — III. Vorschrift zur Behebung der Interessen von den ein Kirchengut bildenden öffentlichen Obligationen. — IV. Bekanntgabe der Ordinationstage für das Jahr 1860.

## I.

**P**em Wohlehrwürdigen Klerus wird folgendes Decretum Sacrorum Rituum Congregationis ddo. 10. Februar d. J. zur gewissenhaften Beobachtung bekannt gegeben:

**SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS DECRETUM.****IMPERII AUSTRIACI.**

Fulget jam in Ecclesiae fastis, atque in aevum magna circumdatum gloria fulgebit augustum **Francisci Josephi** I. Austriae Imperatoris nomen, quod domestica sanctorum Decessorum suorum Stephani Ungarici et Henrici cognomento Pii imitatus exempla, omnem curam cogitationemque suam, Imperio vix inito, illuc potissimum intenderit, ut jura Catholicae Ecclesiae inter subditos sibi populos inviolabilia conclamaret, ac, discretis Dei Caesarisque rationibus, Omnipotenti Deo, per quem Reges regnant et Legum Coditores justa decernunt, quae Dei forent, prompto hilarique animo redderet. Insignis adeo in Deum ejusque Ecclesiam pietas, quam ingenti cum plausu totus, qua late patet, Catholicus Orbis exceptit, ejusmodi profecto est, ut Apostolica Sedes non modo de tanto Imperatore veluti de piissimo sibique charissimo filio glorietur, sed oblatas sibi occasiones eidem gratificandi, quantum in Domino possit, libentissime arripiat.

Cum itaque Augustissimus idem Imperator vehementer cupiat, publicas, quae a vetustissima aetate in Universa Ditione Austriaca pro supremo Imperante consueverunt hactenus adhiberi preces, tam in Missis solemnibus per annum, non exclusa Missa Praesanctificatorum feria VI. in Parasceve, quam in Praeconio Paschali die sabbathi sancti, atque in Litaniis sanctorum, ab Apostolica Sede ratis haberi, ut ejus auctoritate accidente omnimodam firmitatem accipiant, et ad certam fixamque methodum redigantur: supplicia ea de re vota sua per suum in Urbe Legatum Ssmo. Domino Nostro Pio P. P. IX. exhiberi curavit. Hac porro occasione, cum per eundem Legatum suum enixe postulaverit, ut nomen supremi Imperantis in Canone Missae amodo adjiciatur ad normam potius usus, qui ab Austriaco Imperio constituto invaluit, quam anterioris privilegii a Summo Pontifice Clemente XIII. Imperatrici Mariae Tberesiae ejusque successoribus indulti, Apostolicis Litteris sub annulo Piscatoris datis anno 1761. diebus V. et VI. Maii, Sanctitas Sua, matura deliberatione praemissa, volens singularis Suae ac vere paternae benevolentiae tanto Imperatori tradere pignus, porrectis ab Eo votis de benignitate Apostolica annuere dignata est, praefatasque publicas preces sub modo et forma infradicendis ratis habuit et confirmavit, atque in omnibus et singulis Ecclesiis

Latini Ritus intra fines Imperii Austriaci constitutis recitari mandavit, contrariis quibuscumque, ipsisque superioribus Clementis XIII. Apostolicis Litteris, quibus ad effectum dumtaxat praesentis Indulti expresse derogavit, minime obstantibus.

Methodum autem in istiusmodi precibus usurpandam, atque indeclinabiliter ab omnibus et singulis Latini Ritus Ecclesiis in universa Ditione Austriaca servandam hanc esse voluit:

- I. In Missae Canone nomen Imperatoris adjicitur hac adhibita formula — Et pro Imperatore Nostro N., — quae dicenda erit post mentionem factam Romani Pontificis et Episcopi Dioecesani.
- II. In singulis per annum Missis vel solemnibus, vel parochialibus, diebus tamen quibus per Rubricas licebit, sequens addetur pro Imperatore Collecta:

### O R A T I O.

Quaesumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Imperator Noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus vitiorum monstra devitare, hostes superare, et ad Te qui via, veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire. Per Dominum etc.

### S E C R E T A.

Munera, Domine, quaesumus oblata sanctifica, ut et nobis Unigeniti tui corpus et sanguis fiant; et Imperatori Nostra ad obtainendam animae corporisque salutem, et peragendum injunctum officium, Te largiente, usquequaque proficiant. Per Dominum etc.

### P O S T C O M M U N I O.

Haec Domine oblatio salutaris famulum tuum N. Imperatorem Nostrum ab omnibus tueatur adversis, quatenus et Ecclesiasticae pacis obtineat tranquillitatem, et post hujus temporis decursum ad aeternam perveniat haereditatem. Per Dominum etc.

Quibus vero in Dioecesis viguit hactenus consuetudo, canendi insuper in Missa solemni sive post antiphonam Communionis, sive post ultimum Evangelium, versiculum — Domine salvum fac Imperatorem Nostrum N. et exaudi nos in die, qua invocaverimus te — firma eadem consuetudo perstabit.

III. In Missa Praesanetificatorum feria VI. in Parasceve inter Orationem pro cunctis Ecclesiae Ordinibus et aliam pro Catechumenis haec pro Imperatore dicetur: — Oremus et pro glorioissimo Imperatore Nostro N. ut Deus et Dominus Noster det illi sedium suarum assistricem sapientiam, qua populum sibi commisum gubernet in omni justitia et sanitate ad divinam gloriam et nostram perpetuam pacem. Oremus. V. Flectamus genua. R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regnis omnibus aeterna potestate dominaris, respice ad Austriacum benignus Imperium, ut et Imperator juste imperando, et populus fideliter obediendo, ad gloriam tui nominis et Regni tranquillitatem unanimi pietate conspirent. Per Dominum etc.

IV. Praeconium Paschale Sabbato sancto hac ratione concludetur:

Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos omnemque Clerum et devotissimum populum una cum Beatissimo Papa Nostro N. et antistite Nostro N. nec non glorioissimo Imperatore Nostro N.; quiete temporum concessa, in his Paschalibus gaudiis assidua protectione regere, gubernare et conservare digneris. Per Dominum etc.

V. In Litaniis Sanctorum cum deventum fuerit ad preces, inter versiculum — Ut inimicos Sanctae Ecclesiae etc. — et alium — Ut regibus et Principibus — etc. addetur:

V. Ut Imperatorem Nostrum custodire digneris. R. Te rogamus audi nos.  
— Item post Psalmum: Deus in adjutorium ect. dicto versiculo — Oremus pro Pontifice Nostro N. R. Dominus conservet etc. illico subjungetur: V. Oremus pro Imperatore Nostro N. R. Domine salvum fac Imperatorem et exaudi nos in die qua invocaverimus te. — Denique, absolutis precibus, immediate post Orationem pro Papa adjicitur Oratio pro Imperatore superius notata: — Quaesumus Omnipotens Deus ut famulus tuus N. Imperator noster etc.

Has itaque pro Imperatore Augustissimo preces Ssmus. Dominus Noster ratas habuit et confirmavit, easque in omnibus Latini Ritus Ecclesiis, intra Ditionem Austriacam sitis, recitari voluit, omni in superioribus formulis variatione prohibita; salva tantum consuetudine, ubi hactenus viguit, Imperatorem in publicis precibus semper decorandi duplici titulo Imperatoris et Regis.

Cum autem Constitutionibus Apostolicis cautum sit, ne quae ex singulari Sanctae Sedis privilegio uni alterive tantum Dioecesi, Provinciae vel Regno concessa fuere, in corpus Missalis et Breviarii Romani inserere liceat; ut generali huic praescriptioni omnes in Imperio Austriaco fideliter obtemperent, jussit Sanctitas Sua, preces ipsas una cum praesenti decreto adjici solum debere in Appendice Missalis et Breviarii Romani pro diversis locis destinata, vel in Supplemento Missarum atque Officiorum uniusenjusque Dioecesis proprio.

Quo tandem Episcopi ceterique Orinarii, in locis degentes Austriacae Dominationi subjectis, certam de his omnibus habere possint notitiam, ac pro sollicitudine munera Pastoralis, plenam perfectamque superiorum quarumcumque ordinationum executionem curare, idem Ssmus. Dominus Noster praesens voluit a S. R. Congregatione ferri decretum, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae die X. Februarii 1860.

C. Episcopus Albanensis Card. Patrizi,

S. R. C. Praefectus.

Loco † Sigilli.

H. Capalti, S. R. C. Secretarius.

Diesem gemäß wird angeordnet:

1. Im Canon Missae ist wie bisher an der betreffenden Stelle die mentio Imperatoris zu machen.
2. Es ist — wie dies vermöge oberhirtlicher Weisung bisher schon Diözesangepflogenheit war — in jeder solemnen und Parochialmesse die Collecta pro Imperatore zu nehmen, mit Ausnahme jener Tage, die in den Rubriken ausdrücklich bezeichnet sind.
3. Die Collecta ist unverändert die bisherige, mit der einzigen Ausnahme, daß in der Oratio nach „devitare“ eingeschaltet wird: „hostes superare“.
4. Für die Missa fer. VI. in Parasceve und für das Praeconium paschale in Sabbato Sancto sind die betreffenden Gebete in dem Proprio Missarum Dioecesis Lavantinae am Ende beigedruckt, und am bestimmten Platze einzulegen.
5. Bei patriotischen Anlässen ist nach Absingung des „Te Deum laudamus“ wie bisher der Versikel und das Responsorium einzuschalten:

V. Domine salvum fac Imperatorem Nostrum N.

R. Exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

6. In der Allerheiligen-Litanei ist nach dem Versikel: Daß du den christlichen Königen und Fürsten sc. einzuschalten:

V. Daß du unsren Kaiser beschützen wollest; (Da nam cesarja obvarješ;)

R. Wir bitten dich, erhöre uns. (Te prosimo, vsliši nas.)

Ebenso ist auch in dem Psalme, welcher in dieser Litanei nach dem „Vater unser“ gebetet wird (nach dem Versikel für den Papst), einzuschalten:

V. Lasset uns beten für unsren Kaiser N. (Molimo za svojega cesarja I.)

R. Herr mache selig unsren Kaiser, und erhöre uns am Tage, an dem wir für ihn bitten.

(Ohrani, o Gospod, našega cesarja, in vsliši nas na dan, ko za njih prosimo.)

Das Gebet für den Landesfürsten ist in der bisher üblichen Form zu verrichten.

Diese vorgeschriebenen Zusätze sind in die üblichen Kirchengebetbücher auch in slowenischer Sprache vorzumerken.

Nach Empfang des gegenwärtigen Erlasses haben sich sämmtliche Sekular- und Regular-Priester dieser Diözese in den vorbezeichneten gottesdienstlichen Funktionen genau nach demselben zu halten, und es wird mit Grund erwartet, daß eine diesfällige eigenmächtige Abweichung nicht stattfinden werde.

## II.

Neber die Ergebenheits- und Theilnamens-Adresse der Lavanter Diözesanen an Seine Heiligkeit Papst Pius IX. haben Allerhöchstdieselben unter 7. v. M. nachstehendes huldvolles Schreiben erlassen:

### Pius P. P IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Verbis explicare vix possumus, quam gratae Nobis fuerint litterae ab innumeris fere cujusque ordinis, gradus et conditionis istius Tuae Dioecesis Catholicis subscriptae, ac die 21. Decembris superiori anno datae, nuperque Nobis redditae, ex quibus non mediocre certe solatium accepimus inter maximas Nostras angustias et amaritudines. Namque in iisdem Litteris undique eluet eorumdem Catholicorum erga Nos et hanc Petri Cathedram fides, pietas et observantia, atque omni ex parte se prodit acerbissimum illorum luctus, dolor atque indignatio propter iniquissimos et sacrilegos prorsus ausus contra civilem Nostrum et hujus Apostolicae Sedis principatum, Beatique Petri patrimonium ab iis hominibus admissos, qui acerrimum catholicae Ecclesiae, eidemque Sedi inferentes bellum, jura omnia divina et humana conculcare non dubitant. Nihil certe jucundius hisce egregiis istorum fidelium sensibus, qui omni certe laude et praedicatione sunt decorandi. Itaque a Te, Venerabilis Frater, exposcimus, ut eisdem Dilectis Filiis, Tuae Dioecesis fidelibus, Nostro nomine atque amplissimis et amantissimis verbis significes ac testeris, Nobis gratissimas fuisse commemoratas eorum Litteras, quibus vehementer delectati sumus, ac paternam Nostram erga ipsos caritatem summopere excitari et augeri sensimus. Neque omittas eosdem fideles certiores facere de Apostolica Benedictione, quam eis toto cordis affectu impertimus. Perge vero, Venerabilis Frater, una cum universo Tuo Clero Populoque fidei divitem in misericordia Deum orare, et obsecrare, ut imperet ventis et mari, et Ecclesiam suam sanctam a tot tantisque calamitatibus eripiat, eamque ubique terrarum novis ac splendidioribus triumphis in dies exornet et angeat, Nosque adjuvet et consoletur in omni tribulatione Nostra, utque omnipotenti sua virtute omnes Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis hostes ad veritatis, justitiae, salutisque semitas reducat: Et quoniam optime noscis nefarium teterimumque sane bellum, quo asperrimis hisce temporibus divina nostra vexatur religio, iccireo non dubitamus, quin coelesti

ope fretus velis pro eximia Tua pietate ac pastorali zelo ejusdem religionis causam majore usque vigilancia studioque impavide defendere, Tuique gregis incolumitati sedulo prospicere, et constanter inimicorum hominum fallacias detegere, errores refellere, ac tela retundere. Denique pro certo habe, praecipuum esse, qua Te prosequimur, benevolentiam. Cujus quoque certissimum pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam ex imo corde profectam Tibi ipsi, Venerabilis frater, cunctisque Clericis Laicisque fidelibus Tuae curae commissis peramanter imperitus.

Datum Romae apud St. Petrum die 7. Maii Anno 1860.

Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

## Pius P. P. IX.

Die Herrn Seelsorger wollen bei schicklicher Gelegenheit die Gläubigen von dem ebenso erfreulichen wie rührenden Inhalte dieses väterlichen Schreibens verständigen, und dieselben zur unermüdeten Fortsetzung ihrer frommen Gebete für den Apostolischen Stuhl und das Wohl der gesammten kath. Kirche aufmuntern.

### III.

Laut hohen k. k. Kultus- und Unterrichts-Ministerial-Erlasses vom 24. April d. J. 3. 5607, wurde von Seite des k. k. Finanz-Ministeriums unter 2. April 1860 J. 13513 verfügt, daß in Zukunft die Auszahlung der Interessen von öffentlichen Obligationen, die ein Kirchengut bilden und als ein solches vinkulirt sind, gegen Quittungen erfolgen werde, welche von dem Vorsteher der Kirche oder kirchlichen Pfründe, zu deren freiem oder belastetem Eigenthume solche Obligationen gehören, vorschriftsmäßig ausgestellt und mit dem Sigille der betreffenden Kirche oder Pfründe bekräftigt sind.

Wovon die Wohlehrwürdige Kuratgeistlichkeit zur Nachachtung in Kenntniß gesetzt wird.

### IV.

Mit Berufung auf die Ordinariats-Erlasse vom 5. Juni 1854 Nro. 1022/3, und 31. Mai 1855 Nro. 1043/4 werden für das laufende Jahr folgende zur Ertheilung der höhern Weihen bestimmte Tage bekannt gegeben; und zwar:

Für das Subdiaconat der 21. Juli, für das Diaconat der 23. Juli, und für das Presbyterat der 25. Juli, als das Fest des heil. Apostels Jacobus.

Zum Empfange der heil. Priesterweihe bereiten sich nachstehende Herrn Alumnen vor; und zwar aus dem 4. Jahrgange der Theologie: Jahn Ferdinand, geb. zu Laufen; Turj Benedict, geb. zu Dobowa; Klauscher Franz, geb. zu Kopreinitz; Koschar Jakob, geb. zu St. Georgen an der Stainz; Lempel Thomas, geb. zu St. Martin bei Schalleg; Repototschnik Raimund, geb. zu Rieß; Stainko Anton, geb. zu Luttenberg; Urek Andreas, geb. zu Kapellen bei Mann.

Aus dem 3. Jahrgange: Belschak Anton, geb. zu St. Thomas bei Großsonntag; Ogradi Franz, geb. zu Oberburg; Sternad Mathias, geb. zu Maria Neustift bei Oberburg.

Unsere heilige Kirche ermahnet (Trid. sess. 23. cap. 5. 7. de ref.) nicht nur den Klerus, sondern auch die Gläubigen, für frömmre und eifrige Priester zu beten; deshalb wird Eure Liebe aufgefordert, für die Benannten nach Weiung obiger Erlässe an den den Ordinationstagen vorhergehenden Sonntagen mit den Gemeinden gemeinschaftlich zu beten, wie auch dieselben an ihre Gewissenspflicht zu erinnern, treu und redlich vorzubringen, wenn etwas gegen die Weihe obbenannter Kleriker mit Grund vorgebracht werden könnte.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg am 6. Juni 1860.

III

**Anton Martin m. p.**  
Fürst-Bischof.